

lo ac beryllo glaciei speciem planè re-
ferentibus videre est. Quanquã & hæc
intelligi velim, nõ quòd duo reliqua
rerum principia, ignem dico ac aërè,
ab illorum mixtura separem. Apud
principes nanque philosophos com-
plures conuenit, Omne mixtum ex
quatuor elementis constare. Verum-
enimuerò ita quæ diximus accipien-
da sunt vt alterum illorum, terram ni-
mirum vel aquã, in quouis lapide præ-
cellere intelligas, etiamsi aliter Ploti-
nus sentire videri possit, de quo alibi
fusiùs egimus.

Lapillorũ
caussa effi-
ciens du-
plex.

Quòd autem ad effectricem voca-
tam causam attinet, duplicem eam
vtriusque philosophiæ principes nu-
merarunt: altera nanque suprema, al-
tera verò inferior. Princeps causa est
Deus. Deus ipse Optimus Maximus, rerum
omnium creator & seruator, in quo,
cum quo, & per quem sunt omnia, &
sine quo (diuo Ioanne Apostolo te-
ste) nihil factum est. Quem & Aristot-
eles